pidis prope Vrach, Ducatus Vvitembergenſis oppidum, fuit olim Præpoſitura Monachorum Benedictinorum, ab Abbatia Zuvifaldenſi, Diœceſis Conſtantienſis, dependens quam Ludovicus, & Vdalricus Vvittembergenſes anno 1439. Cartuſianis conceſſerunt. Hæretica vaſtitas eam ab imis ſedibus ſubvertit.

LIX.

1442. Domus Annunciatæ in Hiſpania, in Regno, & Diœceſi Valentina, vix una milliari diſtans à Civitate Valentiæ, fundata fuerat à Nobili Viro Iacobo Perfecta, anno 1442. deducta Colonia ex Cartuſia Portæ Cœli; ſed anno 1445. eam Ordo dereliquit, quia multis patebat incommodis. *Cattaloniæ.*

LX.

1442. Domum Montis Sancti Ioannis Baptiſtæ in Vogelsberch in *Alemaniæ inferioris.*

Haſ-

Haſsia, Lantgravius Haſsiæ in ſua ditione conſtrui fecerat anno 1442. A quibuſdam Monialibus primò poſſeſſa eſt, quibus prodigaliter viventibus inde expulſis, iam hians, & labans ad nos devoluta eſt, & anno 1446. Ordini incorporata: nunc iacet proſtrata ſola. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 54.

LXI.

Rheni, & Saxoniæ. Domus Pacis Dei prope Schiffebbein, in nova Marchia, ab Illuſtriſsimo Domino D. Conrrado de Ertichuſen Magiſtro Generali Ordinis Teutonicorū condita, Ordini noſtro anno 1445. incorporata, ad fluvium Rega ſita, diſtat à Colberg quinque milliaribus, & totidem a mari Baltico. Nunc ſubiacet poteſtati, & uſibus hæreticorum. 1445.

LXII.

Teutoniæ. Domus Sancti Bartholomæi 1470.

in

in Hollandia, quadrante leucæ à Delph verſus meridiem diſtans, opulentiſsimè dotata, ac Ordini inſerta anno 1470. ab hæreticis anno 1569. radicitùs everſa eſt.

LXIII.

1477. Domus Beatæ Mariæ Annunciatæ in Conraetsburg prope Padebornam in Vveſtphalia, in Mõte Sancti Sixti ſita, anno 1477. Ordini fuit incorporata. Nunc ſubeſt Lutheranicæ perfidiæ. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 55. *Alemaniæ inferioris.*

LXIV.

1477. Domus Transfigurationis Ieſu Chriſti in Reinſchavu propè Zuvichavu in Miſnia, à Saxoniæ Ducibus extructa, & per Canonicos Regulares primò poſſeſſa, in Cartuſiam anno 1477. auctoritate Summi Pontificis erecta eſt, ope Domini Ottonij dictorũ Canonicorum Præpoſiti: ipſius enim, *Alemaniæ inferioris.*

enim, & ſuorum pari conſenſu effectum eſt, ut Summus Pontifex eam concederet, abductis ex Cartuſia Erfordiana quatuor Religioſis, & anno 1480. Ordini adſcripta, modò ſub iugo hæreticorum ingemiſcit. Vide Aubertum Miræum in Catalogo Cartuſiarum, *fol.* 56.

LXV.

Domus in Claslovia fundata 1480. eſt ab Illuſtriſsimo Domino Domino Anglaſto Archiepiſcopo Leopolenſi anno 1480. communem iam rerum omnium labentium metam attigit: nec ſatis liquet cuiuſsiam fuerit Provinciæ.

LXVI.

Teutoniæ. Domus Sancti Martini in Mõte Solis, prope campẽ Tranſiſelaniæ Vrbem, anno 1494. Ordini incorporata, ita nunc diruta eſt, & à fundamentis excisa, ut in cæteris reſpondendæ uſum redacta 1494.

 dacta